



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Regale Sacerdotivm**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Cap. 7. Sacerdotes docti sint oportet & eruditi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

dam paupertatis affectu, numero pauperum se aggregando, aded vt cum pauperes enutriet, voluntariam ipse paupertatem amplectatur. Sapientes igitur illi Sacerdotes sunt, qui hac ratione sese gerunt, tamque prudenter redditus & bona Ecclesiastica dispensent, vt nec Deus offendatur, nec conscientia grauetur, nec vllum de iis conquirendi occasionem pauperes inueniant.

Quomodo Sacerdos bona Ecclesie debeat administrare,

CAPVT VII.

SACERDOTES DOCTI SINT OPORTET & eruditi.

IN veteri legi præcepit olim Deus, vt Aaronis Rationali duo hæc verba, velut symbolū quoddam inscriberentur; *Doctrina & veritas*, semperque, quoties tabernaculū ingrederetur, pectori affigeret: *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron.* Iam tunc denotare DEVS voluit, Sacerdotes successores suos, sapientes & doctos esse, & nunquam in templum & Ecclesiam se insinuare debere, nisi duas has dotes animæ insculptas gerant.

Doctrina Sacerdoti necessaria, Exod. 28.

In Leuitico quoque inhiuit Deus, ne cæcus altare sacrū accederet, nec panes Domino offerret, nec vllū sacrū ministerium perageret: *Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculā, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus.* Cæcus verò indocti symbolum est: quod enim oculus

Leuit. 21.

N 4 corpori

Sacerdotes  
indoctos  
respuit  
Deus.

corpori, scientia & doctrina est anima: hocque præcepto docere voluit Deus, Sacerdotem ignorantem & stupidum nec vlla scientia aut doctrina instructum ad Domini altare non posse accedere, nec sacrum Missæ sacrificium offerre, nec vllum è diuinis mysterijs obire.

Deus sciē-  
tiam in Sa-  
cerdotibus  
requirit.  
Leuit. 10.

In eodem veteri testamento scriptum legimus, *Præceptum sempiternum est in generationes vestras, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israël, omnia legitima mea.* Dei igitur præceptum est, vt Sacerdotes docti sint & quæ ad munus suum spectant, probè calleant.

Iosue. 1.  
Scripturâ  
sacerdos  
semper in  
manu ha-  
beat.

Dixit olim ad Iosue Dominus, *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia que scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* Hoc olim ad Iosue, sed modò ad omnes Sacerdotes dictum putò. Neque enim volumen legis ab eorum manibus recedere debet. Omnia eorum studia & commentationes ad hoc vnum tendant, & breui vt complectar, docti sint & scientia instructi.

Psal. 93.  
Beati Sa-  
cerdotes  
quos Deus  
erudit.

Beatus, ait Psalmographus, *homo; quem erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, qui sub te præside promotus est, teq; doctorem agnoscat.* Equidem post tantum vatem beatos promerito Sacerdotes, quos Dominus erudierit, qui quæ Deo scientiam & doctrinam acceperint, quæ dignè officium suum, sacraq; mysteria ritè obeant.

Agg. 2.  
Sacerdotes  
legem sci-  
ant, & alios  
edoceant.

*Interroga Sacerdotes legem,* scribit Aggæus Prophetæ; quo testimonio apertè probatur, Sacerdotes legem callere & pernoscere, mysteria intelligere, scripturas cognoscere easque alios edocere debere.

*Labia Sacerdotis, ait alius Propheeta, custodiēt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Duo hic cōsideranda sunt, esse scilicet Sacerdotes Angelos, & generales doctores à Deo approbatos, vt legem edoceant populū, ac proinde scientiam illis esse necessariam.

Dixit olim Apostolis Dominus, *vobis datam est esse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis.* Idem hodie Apostolorum successoribus dico, Sacerdotibus inquam & Episcopis. horum scilicet esse, intima mysteria, adyta & sacramenta cælestia nouisse, alijs verò per ænigmata, tropos & parabolas proponi. Dicere inquam volo, necessariam Sacerdotibus doctrinam esse.

Sapientia æterna, generalis ille omnium scientiarū magister coram legis doctoribus & Rabinis disserens ait, *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitā æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Et sanè Doctorum & omnium Sacerdotum propriū est in sacras litteras incumbere, Biblia euoluere, & Euangeliorū lectioni studere, in his enim vita latet abscondita, illaque testimonium perhibent de Iesu Christo, & de vniuersis quæ salutem nostram concernunt, deque omnibus omnino mylterijs.

*Attende lectioni, exhortationi, & doctrina* scribit Apostolus Timotheo. Sunt scilicet Sacerdotis occupationes, legere, alios exhortari, & doctrinam edocere.

Inter ceteras à Deo gratias petebat David in primis scientiā & disciplinam, quam alios deinde posset edocere, *Disciplinam & scientiam doce me.* Si talis tantusque rex scientiam à Domino petebat qua alios dirigeret ac gubernaret, multo magis eadem Sacerdoti necessaria est, ea que illi po-

Mal. 2.  
Sunt doctores generales orbis.

Habeant cognitionem mysteriorū Dei.  
Luc. 8.

Sacerdotes legant sacras litteras.  
Ioan. 5.

Vere Sacerdotum occupationes.  
I. Tim. 4.

David petebat a Deo scientiam.  
Psal. 118.



tius à Deo petenda, cuius adminiculo cerere  
edocere & in via salutis dirigere posset.

Deus olim de operarijs quos tabernaculum  
parare volebat, loquens, hunc in modum locutus  
est: *Ecce vocavi ex nomine Bersaleel filium Vri,  
Har, de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, scientia  
& intelligentia, & scientia in omni opere.*  
Mysticè hoc expositurus dico, si operæ & artibus  
ad tabernaculi concinnationem vocati spiritibus  
S. repleti erant, sapientia instructi, & omnino  
Sacerdotes, qui veri opifices sunt, cælo & terra  
Ecclesia operentur, destinati, longè magis ipsorum  
par est dotibus excellere, scientia pollere, ut  
officij sui sunt, dignè obeant, & in omni opere  
materiaq; operari norint.

*Dan 1.*

Pueri Na-  
buchodo-  
nosoris sci-  
entia orna-  
ti esse de-  
bebant.

Non est  
bonum vbi  
non est  
scientia.

*Prøu. 10.*

*1. De finib.*

Ablata sci-  
entia au-  
fertur salu-  
tis ratio.

Pueri, quos in ministerium suum selegit  
Nabuchodonosor, eruditi erant omni sapientia  
*cauti scientia, & docti disciplina.* Tropologicè  
exponendo Sacerdotes & Religiosi noui quilibet  
domini sunt, qui ex vniuersa omnium hominum  
massa à Deo selecti sunt; vt coram eo in palatio  
suo quod est Ecclesia, assistant; sapientes idcirco  
scientes, & omni disciplina exculsi sint oportet  
In Prouerbijs ait Salomon, *vbi non est scientia  
anima non est bonum.* Et sanè ita se res habent  
nam vbi Sacerdotes ignari sunt, animabus non  
euenire boni potest, nec Ecclesiæ pace florere.

Dixit olim Tullius sublata cognitione & scientia  
tollit omnem rationem, & vitæ degendæ & re-  
gerendarum. Quod orator ille de rebus publicis  
& ciuitatum administratione dicebat, equidem  
statu religionis & fidei assero; certa enim scilicet  
se, ablata à sacerdotibus scientia & doctrina,  
nem rationem & salutis obtinendæ, & rerum  
hoc mundo gerendarum tolli.

Ecquæ vero felicitas reip. & Ecclesiæ, Sacerdotes, ubi scientia exculsi ornatique fuerint! Ecquæ vero calamitas ubi ignari & stupidi, quod olim deplorans Dominus per Prophetam suum dicebat: *Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.* Et negare nemo potest, ob Sacerdotum scientium defectum animas in captiuitatem miserè abduci, Christianos verbi Dei pabulo destitutos fame emori, & hæcce ianua omnes omnino calamitates in orbem emitti.

Isaias propheta Hierosolymæ calamitates, & eadem deplorans, hanc unam Sacerdotum ignorantiam affribebat dicens, *speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare; ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam; omnes in viam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam, à summo usque ad nouissimum.* Speculatores Ecclesiæ sunt sacerdotes, custodes populi, animarum pastores, & gregis molossi: at quando illi canes muti sunt, pastores illi ignari, & speculatores cæci, nihil accidere reip. potest miserius aut calamitosius.

Sacerdotis cuiusdam ignorantiam deplorans olim per Prophetam Deus iratus ait, *Quia tu scientiam repulisti repellam te ne sacerdotio fungaris mihi.* Hinc patet Sacerdotes inscios & ignaros à Deo repudiari ac repelli, indignosque esse qui Sacerdotio fungantur.

Ait quoque Apostolus, *si quis ignorat ignorabitur.* Terribilis at verax sententia, qui doceat sacerdotem rerum & legis ignarum à Deo ignorari & velut ignarum præteriri, Deumque illum

ut suum

Sacerdotum  
malorum  
causa.

Isai. 5.

Isai. 56.  
Sacerdotes  
ignari speculatores  
cæci sunt

Osee 4.  
Sacerdotes  
ignorantes  
pelluntur.

Sacerdotes vt suum famulum, ministrum, & Sacerdotem, ignorantes agnitorum.

ignorantur. *Debet Sacerdos; inquit Ambrosius, amplecti*

Sint docti *qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem*  
vt hereticos conuincant & exhortentur alios *vt potens sit exhortari in doctrina sana, & mentem*  
conuincere hæreticos. Dicere vult, Sacerdotem doctum esse debere, capacem inquam & aptum *quod in*  
qui & fideles doceat & hæreticos confutet, *scribere*  
& refuter, *hortari*

*Serm. 10. in Psalm. 118.* Clauicularij regni cœlorum sunt Sacerdotes

*Hom. 23. in Math.* ait Chrysostomus, quibus creditum est verbis

Sacerdotes *docere & interpretari scripturas; clauis*  
ianitores *verbum est scientiæ scripturarum per quam*  
cœli, *ta veritatis hominibus reseratur; vera autem*

interpretatio apertio est. Cum igitur Sacerdotes ignorantibus sunt, cælum aperire non possent, *notab*  
clauis, scientia inquam, & scripturarum, cognitio *specul*  
ne, destituti sunt. *cerdo*

Neque verò satis est, Sacerdotes vitæ honestæ

Non satis & virtutum ornamentis excellere; necessarium

est Sacerdoti quoque est scientia & rerum cognitio. Ait enim

tem bonū Hieronymus, *Vbi sunt, qui innocentiam Sacerdotibus*  
esse, esse *diuinitate posse sufficere? Vetus lex hic cū noua com*  
debet & *dit, quod enim fecit Moses, confirmat Apostolus*  
doctus, *Ille enim scientiā sacerdotalibus insculpit*

*Ad Fabiolam* bus, hic Timotheum & Titum omni instruit gen

*in Agg.* re disciplinarum, inferre igitur cupio, in vetero

*c. 2. Naztāz.* Testamento scientiam Sacerdotibus commēdā

*in Apolog.* nec sufficere morum innocentiam, nisi comedat doctrina.

*Hom. 10. in Math.* His accedit Chrysostomus, Boni Sacerdotis

quit, conuersatio sine verbo, tenet quidem sanctitatem

in sanctitate per suum exemplum; adducere autem ignorantem ad scientiam non potest. Idem

Non satis est Sacerdoti castum & innocentem esse nisi simul doctus & sapiens sit.

Apostolus Petrus Ecclesie rectoribus scribens ait, ut refert Gratianus, *parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem de ea fide, que in vobis est, & alia quoque ex parte Timotheo scribens Apostolus Paulus ait, Attēde lectioni, exhortationi, & doctrina.* Unde colligere est, bonam conversationem, & morum honestatem prelati & rectoribus non sufficere, si scientia ac doctrina non accedant & comitentur.

In Exodo iubetur Sacerdotes tabernaculum ingredi-  
suri lauare se in labro æneo, quod est speculis mulierum confecerat Moses; *Sacerdotes ingressuri tabernaculum prius lauabant in labro æneo, quod fecerat Moses ex speculis mulierum.* Ablutiones illæ denotabant innocentiam; æs illud labri tinniens, & specula, sapientiam & doctrinam: quæ omnia Sacerdotibus necessaria sunt, priusquam Ecclesiam ingrediantur.

In Canticis oculi, per quos prelati Ecclesie designantur, columbis comparantur, quæ residentes iuxta flumina plenissima. Oculi illi, aquæ columbæ, omniaque hæc simul iuncta designabant iam tum Sacerdotes & Prælatos oculos habere debere, id est scientiam sed oculos columbarum, id est morum honestate comitamam.

Nihil aliud accipit è victimis Sacerdos nisi pectusculum & humerum: Sacerdotalis enim officij est, posse docere populos. Hæc Chrysostomus homilia XI. in Marcum, & Beda in cap. XII. Leuitici. Ceterum pectusculum denotabat scientiam, humerus vero opera; coniuncta vero designabant verba scientiamque Sacerdoti nihil aut parum proficere, nisi simul conuant opera! è contra vero o-

Sacerdos ad virtutem habeat scientiam  
Gratian. id est 3. p. c. qui Ecclesiastica. 4. Tim. 4.

Innocentia & scientia Sacerdoti necessaria.  
Exod. 38  
Gratian. vbi supra.

Sacerdotes similes oculis columbæ.  
Cant. 8.  
Gratian. ibid dist. 38.

Bona opera sacerdoti parum profunt nisi habeat scientiam.  
Leuit. 12.

pera

pera parum conducere, nisi doctrina insignitur.

**Sermo Sa-**  
**cerdotis fa-**  
**piat do-**  
**ctrinam.**

*Sermo presbyteri, ait Hieronymus in reg. Mo. Scripturarum lectione conditus sit. vnde & Apostolus præcipit, sermo vester sit sale conditus, at si in salis & dulci adificationis gustu destitutus, foras eitur & dignitatem amittit. Sacerdos qui scientia caret, de scripturis loqui non potest, verba illa non nisi fabulæ sunt, & sermo, ineptia.*

**Quid scire**  
**Sacerdos**  
**teneatur**

*Sess. 23. c. 14.*  
*ad Fabiolã*  
*Epist. 1.*  
*Dist. 38.*

Scire autem imprimis Sacerdotem oportet quæ ad hominum salutem spectant, ait concilium Tridentinum; scripturarum scientia eidem necessaria est, vt ait Hieronymus; omnia etiam scientia sacris canonibus continentur & in œcumenicis concilijs decreta, ait S. Leo; mille res norit, vult Augustinus; oraculum denique quoddam id est omniscias, vt ad singula respondere norit.

**Sacerdos**  
**omnia no-**  
**rit, nihil**  
**ignoret.**  
*In instit cle-*  
*ric. 3. c. 1.*

Post hæc verò omnia, addit Rabanus, Et scientia plenitudinem, & vitæ rectitudinem, & eruditionis perfectionem, maximè eos habere decet, quodam culmine constituti gubernaculum regni in Ecclesia tenent: neque enim quidquam eorum quæ alios edocere & erudire debent, illos pati ignorare. Sacerdotes igitur ex illius sententia omnia nosse, nihil verò ignorare oportet.

**Quid scire**  
**debeat.**

Vt verò verè doctus sit Sacerdos, subnectit dem loci Rabanus, scire debet scientiam sanctorum scripturarum, parare veritatem historiarum, modos tropicarum locutionum, significationes rerum mysticarum; omnium vtilitatem discernarum, vitæ honestatem; morum probitatem, elegantiam in verborum prolatione, discretiōem in sententiarum iudicio, differentiam me-

amentorum aduersus morborum varietatem; qui verò hæc ipsa nescit, utilis nec sibi nec alijs esse poterit. Quomodo verò hæc omnia scire poterit si litteris operam non dederit, si tempus rerum cognitioni comparandæ non impenderit, si barbus sit & stupidus, denique si nulla sit scientia doctorus.

*Necesse est, ait iterum ibidem, vt futurus populi rector dū vacat, paret sibi antè arma, in quibus postmodum hostes fortiter superet, & gregem sibi commissum oportunè defendat.* In vniuerso verò hoc armamentario nulla meliora sunt arma quam innocentia & scientia, ideoque duo hæc sibi comparet Sacerdos necesse est, priusquam ad animarum regimen suscipiendum accedat.

Turpe enim est, ait idem Rabanus eodem in libro, tunc discere & credere velle, cum iam necesse fuerit, vt pote in gradu Pastoralis, docere: & periculosum est eum magisterij pondus subire qui non scientiæ præsidio fultus potens sit & illud sufferre. periculo inquam coniunctum est nihil scire & interim alios velle edocere.

*Elaborandum est, inquit Isidorus, Sacerdotibus vt ignorantiam à se, quasi quamdam pestem abijciant; quāuis enim seruus domini sui voluntatem ignorās, aliquo modo reputare mereatur; de omnibus tamen in vniuersum hoc intelligi nequit; ait enim Apostolus, Si quis ignorat, ignorabitur. quod de eo intelligendum qui noluit intelligere vt bene ageret. O tetram pestem, ò luem exitiosam, Sacerdotum ignorantiam.*

*Ignorantia mater cunctorum errorum, ait Concilium Toleranum IV. maxime in Sacerdo-*

Qui anima  
ram cu-  
ram habet  
scientia  
armari deo  
bet.

Studen-  
dum est  
antequam  
sacri ordi-  
nes suscipi-  
antur.

Ignoranti-  
am Sacer-  
dos fugias  
vt pestem.  
Luc. 12.  
1. Cor. 4.  
P. al. 35.  
Isidor. dist.  
27. c. Ideo.  
Greg. 3. p.  
past. c. 2.

**Ignorantia** *cerdotibus Dei vetanda est, qui docendi officium in populo*  
**mater er-** *susceperunt, & sane Apostolus saepe illos admonet ut*  
**torum.** *cras scripturas voluat, Timotheo suo scribens, Attenti*  
*lectioni, exhortationi, doctrinae, & hoc semper ama-*  
*lare. Ne sitis igitur ignari Sacerdotes, diligenter*  
*litteris & rerum cognitioni incumbite, vestra*  
*vos officio dignos reddite.*

**Sciant Sa-** *Sciant igitur, ait ibidem supradictum concilium*  
**cerdotes S.** *um, Sacerdotes, scripturas sanctas & Canones, ut*  
**Script. &** *opus eorum in praedicatione & doctrina consistat,*  
**Canones.** *nesque, tum scientia fidei, tum operum disciplina*  
*Dist. 28. eod. ficient Vult igitur sacrum Concilium, Sacerdotes*  
*et Concil. simul & doctos & probos esse; probos quidem*  
*Aillat. 4. c. 3. edificent, doctos vero ut alios edoceant.*

**Dist. 38 c.** *Si in lucis ait S. Leo Papa, vix tolerabilis videtur*  
**eod.** *inscitia, quanto magis in his quae praesunt, nec excu-*  
*satione digna est nec venia? Illius iudicio Sacerdotes*  
**Inscitia Sa-** *tes qui ignari sunt & inscij rerum, excusatione*  
**cerdotum** *digni sunt, nec tolerari possunt.*  
**intolerabili-** *Caueat Iudex spiritualis, scribit S. Augustinus*  
**lis & inex-** *sicut non commisit crimen nequitiae, ita non car-*  
**citabilis.** *munere scientiae. Sciat igitur esse sibi bene cog-*  
**De penit.** *endum prius quod sapienter iudicandum est*  
**dist. 6. c. qui** *quisit enim iudiciaria potestas, ut iudex pot-*  
**Vult.** *erem discernat ac discutiat, quam condemn-*  
**Sacerdos i** *rem discipulorum in peccatorum tribunalibus*  
**in quantum** *Sacerdotes, duo vobis necessaria sunt, vita*  
**iudex sic** *rum proba & scientia sufficiens.*  
**doctus.**

**Inscij Sa-** *Sicut iniqui, ait Isidorus, & peccatores mini-*  
**cerdotes** *strum sacerdotale assequi prohibentur, ita in do-*  
**esse neque-** *imperiti a tali officio retrahuntur: illi enim suo*  
**unt.** *emplo prauo proborum vitam corrumpunt*  
*verò impios ob imperitiam castigare & corri-*  
*re nequeunt? quomodo enim doceant quod*  
*didicerunt? Is igitur docendi omittit munus,*

hoc ineptus est: cæcus enim si cæco ducatum præ-  
feret, ambo in foueam præcipites ruent. Quid?  
Peccator & ignarus eiusdem sortis censentur: è  
quo patet Sacerdotem qui nihil nouit, tam esse  
derestabilem & abominabilem, quàm qui merum  
est vitium.

Vt igitur docti euadant, bonos doctosque li-  
bros legant oportet. Vnde Augustinus, *In doctrina*  
*sacra scriptura auctoritatè debes præferre, non peri-*  
*tiam secularium litterarum ostentare.* Verbo ut di-  
cam, Sacerdotes, dicere vult, debere vos esse  
Theologos potiùs quàm litteratores: libros sa-  
cros & biblia sancta esse vobis voluenda, non ve-  
rò profanorum scripta.

Legimus, inquit Rabanus, *de sancto Hieronymo,*  
*quòd cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo sit cor-*  
*reptus, eo quòd vir Christianus paganorum figmentis*  
intenderet. Notabile profecto exemplum, quod-  
que Sacerdotes edocere deberet, ipsos reprehen-  
sione dignos esse, quando sanctos libros omitten-  
tes, fabulis gentilium intendunt.

Idem subiungit eodem loco, *Hinc ille filius*  
*prodigus reprehenditur, quòd de siliquis, quas porci*  
*manducabant, ventrem suum implere cupiebat, cum*  
*exquisitis epulis repleti potuisset in domo paterna.* Idè  
quoque Sacerdotes faciunt, qui cum tot libris  
sanctis abundant, tamque ampla & pulchra in sa-  
cris voluminibus legendi materia ad uanum sit,  
animum inanibus & friuolis studijs pascant, ijsq;  
totum tempus impendant.

Ideo prohibetur, inquit Isidorus, *Christianos fi-*  
*gmenta legere poetarum, quia per oblectamenta in-*  
*anru fabularu mentè excitant ad incendiù libidinù;*  
nec enim demonibus modò immolatur, si quando  
illis thus offertur, verùm etiam quando eorum  
O  
verba

Sacerdotes  
præferant  
lacra scri-  
ptura lo-  
cationem  
profana.  
Dist. 86. c.  
quando ne-  
cessitas. c.  
Cum multa.  
De pressur.  
Eccles dist.  
37. c. eod.  
Sacerdotes  
reprehen-  
dendi qui  
sacros li-  
bros omit-  
tunt, ut  
profanos  
legant.  
Filio pro-  
digo simi-  
les cum li-  
bros pro-  
f. nos vol-  
uunt.  
Lib. 3. de  
sum. bon.  
dist. 37. c.  
eod;

Cur libri  
profani  
vetiti  
Christianis

verba eorumque sermones auidè & intrepide audiuntur. Cordatus Sacerdos, numquam horum lectioni incumbat, sed animum rerum sanctarum lectione pascat: fabulæ ad hoc solum iuuant, ut flammam lasciuia magis magisque succendat, scilicet: vera verò lectio ignem castitatis in anima nocturne fornace sufflabellat.

In Phar. l. 1.  
c. 18. ex S.  
Bern.

Vera scientia in mundanis libris non reperitur.

Falleris, mi fili, falleris, ait S. Bonaventura, si putas inuenire apud mundi magistros scientiam, quæ soli discipuli Christi, id est mundi contemptores Deo munere assequuntur. Neque enim lectio docet, sed vnctio non littera, sed Spiritus, non studium, sed exercitium in mandatis Dei, & omni genere bonorum operum: falluntur igitur ex sententia illorum Sacerdotes, qui omne suum tempus in rerum humanarum studio ponunt; neque enim veram scientiam in libris mundanorum reperire est.

Scientia  
Dei donum.

Coll. 14. c. 9.  
& lib. 5. c.

31. Isidor.  
lib. 3. de

sum. bon. c. 9.

De offi. priuato & publico.

Impossibile est, ait Cassianus, animam quæ mundanis vel tenuiter disentionibus occupatur, ad veram scientiam promereri; doctrina humana studia mundana tales fructus non proferunt, sed animæ puritas & Spiritus sancti illuminatio mysteriorum cognitionem instillare possunt. Et si quis signe hoc vobis documentum est Sacerdotes, si licet, si sapientes esse volueritis, esse vobis procul à mundo secedendum; scientia enim Dei donum est, & ignorantia mundi plaga.

Sacerdos  
Biblia sepe  
per lectitetur.

Volumus, ait Concilium Colonienſe, ut omnes Sacerdotes qui ad Ecclesiam accessere, precibus & supplicationibus sese occupent; quod vt melius fiat, nunquam è manibus eorum liber legis, id est biblia, deponatur. Quid igitur dicendum de ijs qui semper alearum, chartarumque ludo, alijsque vicijs incumbunt.

Alexander Pontifex tertius prohibet, ne qui voto religionis obligati sunt, Physicam legant, imo ne iuris quidem prudentiæ incumbant. & deinde Honorius tertius illud ipsum ad reliquos etiam Sacerdotes extendit, nullumq; alium clericis studium permittit quàm sacrum litterarum.

Vnde suis suadet Augustinus, *Legite fratres mei scripturam sacram, legite eam, ne sitis cæci & duces caecorum.* hic enim quidquid fugiendum, quidquid credendum est inuenietis: eam obsecro legite, neque enim mel aded dulce, nec panis aded sapi- dus, nec vinum ita del catum, vt illius verba ac sententiæ. Facite igitur quod magnus ille Doctor suadet, biblia illa euoluite, verbo diuino mentem pascite, ac delicias hasce degustate.

Addit eodem loco Augustinus: *Biblia vestra euoluite Sacerdotes, hisce studete, hinc scientiam haurire contendite? quid enim Sacerdos qui nihil nouit, quid homo sine litteris reputatur? numquid non bos vel asinus? non equus vel mulus, quibus non est intellectus?* Verum siquidem est, Sacerdotem qui scientia careat, asinum esse, equum & brutum.

Iterum idem Pater, *Eia ergo fratres mei, qui pastores rationabilium ouium nuncupamini, festinate rapere non sophismata paganorum, non carmina poetarum, non argutias Philosophorum, de quibus tam auditores quàm doctores reddituri aliquando sunt rationem: sed suauem illam sapientiam sapientiarum, quæ Dei hæreditas, & filiorum illius amara possessio, vnicum animarum nostrarum bonum.* Vos igitur Pastores consilij sancti huius Patri acquiescite, vanas illas scientias omittite, & sacre Theologiæ imprimis incumbite.

Discite igitur assidue (Sacerdotes,) Theologiam inquam discite, adiungit idem August. *Hæc est enim*

Studium rerum humanarum sacerdotibus vetitum. De cler. vel mon. c. non magnopere. Ne cler. vel mon. c. super specula. Lectio sacra sacerdotibus commendata.

apost. 37. ad frat. 2. re. 1.

S. Greg. 1. 20. moral. c. 1. Ignatus bestia similibus. Ibidem Greg. vbi supra.

Cui studio scientiæ Sacerdotes oportent.

Theologia scien-



scien-

Ibidem &  
Gregorius.

Scientia scientiarum, Angelorum ferculum, Archangelorum voluptas, Apostolorum gloria, Patriarcharum fiducia, Prophetarum spes, Martyrum corona, robur Virginum, religiosorum refectio, Episcoporum vocatio, Sacerdotum cellarium, infantum exortum, viduarum Alphabetum, conjugatorum pulchritudo, mortuorum resurrectio, aeterna denique viventium protectio. An non miraris anima, tam luculentum audis encomia? an non omnibus scientiis omissis, soli Theologiae, scientiarum reginae incumbes?

### CAPVT VIII.

Sacerdotes concionatores & pracones verbi Dei debent.

Omnis Sacerdotum perfectio consistit in scientia & doctrina  
Exod. 28.

Inter cetera Mosaici Sacerdotis ornamenta gemmas, erat Rationale, cui inscriptum erat Symboli in morem duo illa verba, Doctrina & veritas: Pones in Rationali iudicij doctrinam, veritatem, quae erunt in pectore Aaron, quando ingressus fuerit coram Domino. Quo Symbolo denotatur Sacerdotes legis Euangelicae esse debent tum doctos tum etiam praedicatores, quorum unum per doctrinam, alterum per veritatem signabatur.

Isai 58.  
Sacerdos populo praedicare & peccata illius ostendere debet.

Deus cum Isaiam Prophetam ad populum suum destinaret, hunc in modum illi locutus est: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuntia populo meo scelera eorum. Sacerdos autem eadem cum auctoritate missus, assiduo clamare debet, doctè concionari & tubae instar perferre, populo peccata & delicta sua annuntians.